Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

ut ascendam iacob fratrem meum
Nunciata sunt hec rebecce. Que
mittens vocans iacob filium suum
dixit ad eum. Ecce esau frater tuus
minatur ut occidat te. Nunc ergo
fili audi vocem meam. et consurgens
fuge ad laban fratrem meum. et apud eum
habitabis quousque dies paucos
donec requiescat furor fratris tui. Et
Dixit quoque rebecca ad ysaac. Te
det me vita mea propter filias heth.
Si acceperit iacob uxorem de stirpe
huius terre: nolo vivere. Vocavit
itaque ysaac iacob. et benedixit: pre
ceptique ei dicens. Noli accipere con
iugem de genere chanaan: sed vade
et proficiscere in mesopotamiam sire
ad domum bathuel patris matris
tue. et accipe tibi inde uxorem de fili
abus laban avunculi tui. Tu
Dedit ysaac secundo benedictionem
iacob dicens. Deus autem omnipo
tens benedicat tibi. et crescere te faciat.
atque multiplicet. et sis in turbas
populorum: et det tibi benedictionem abra
ham. et semini tuo post te: ut possi
deas terram peregrinationis tue. quam
pollicitus est avo tuo. Videns esau
esau quod benedixisset pater suus
iacob. et misisset eum in mesopota
miam syrie ut inde uxorem duceret.
et obsans quoque quod non liberenter a
spiceret filias chanaan pater suus:
dixit uxorem absque hys que pri
habebat melech filiam ismahel. fi
li abraham sororem nabaioth. Et
Exaudi deus nostrum orationem serui
tui: et preces eius. et ostende faciem
tuam super sanctuarium tuum quod de
serum est. Domino. capitulum. Non enim in
iustificationibus nostis prosternimus

preces ante faciem tuam. sed in mise
rationibus tuis multis. Deo. alleluia.
Ego principium qui et loquor vobis. alleluia.
Qui me misit mecum est. et non reliquit
me solum quia que placita sunt ei facio
semper. Oratio. Deus cuius gloriamur omnes
dns. ut familia tua que se affligendo
carne ab alimentis abstinet: sancti
do mente a culpis temperet. Per.
Hodie supplicationibus super psalmis
tuis omnipotens dns: ut quibus fiducia
speranda pretaxatis indulges. cum
te nitentibus benignus effectus. Per.
Egressus igitur iacob. fiat. tp.
de bersabee pergebat haran. Cum
que venisset in quendam locum. et
vellet in eo requiescere post solis oc
cubitum: tulit de lapidibus qui ia
cebant. et sub pondere capitis sui do
mivit in eodem loco. Vidit que in som
nis scalam stantem super terram. et
cacumen illius tangens celum. et
angelos dei ascendentes et descendi
tes per eam: et dnm in summo scale
dicentem sibi. Ego sum dns deus a
braham patris tui. et dns ysaac. Te
Et iterum. Terram in qua dormis
tibi dabo. et semini tuo: erit que ger
men tuum quasi pulvis terre. Di
latabaris ad occidentem. et oriem
et septentrionem. et meridiem. et benedi
centur in te. et in semine tuo omnes
tribus terre: et ero custos tuus qui
cumque perveris. et reducam te in ter
ram hanc. nec dimittam te nisi ob
pleero omnia que dixi. Cum que
iacob evigilasset de somno ait.
Vere dns est in loco isto: et ego nes
cebam. Pavensque quam terribilis
est inquit locus iste. Non est hic
aliud nisi domus dei. et porta celi. Et